J.M.+J.T.

NOS, FR. PHILIPPUS SAINZ DE BARANDA, PRAEPOSITUS GENERALIS

FRATRUM DISCALCEATORUM ORDINIS B. MARIAE VIRGINIS DE MONTE CARMELO

EIUSDEMQUE S. MONTIS PRIOR

QUUM per Bullas fel. rec. Nicolai V *Cum nulla fidelium*, die 7 octobris 1452 et Sixti IV *Dum attenta*, die 28 novembris 1476, indulta sit Superiori Generali Ordinis Carmelitarum, vel eius Vicario, facultas, perpetuo valitura, erigendi ubique terrarum Ordinem saecularem Bmae Mariae V. de Monte Carmelo, et per Bullas Clementis VIII *Cum dudum*, die 23 martii 1594 et *Romanum Pontificem*, die 20 augusti 1603, extensa fuerit eadem facultas ad Praepositum Generalem Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, Nos acceptis precibus ut erigamus Fraternitatem nostri Ordinis saecularis in Traverse City in sacello Monialium O.N. sub titulo Pueri Iesu Pragensis in diocesi Gailordensi et habito consensu Illmi ac Revmi Ordinarii loci, piis huiusmodi petitionibus libenter annuentes praesentium tenore vi praefatae facultatis, ad normam can. 312 Codicis Iuris Canonici, potestatem facimus R.P. William A. Healy, O.C.D. ut in praedicto sacello Ordinem saecularem Bmae Mariae Virginis de M. Carmelo in fraternitatem nomine nostro erigat ad normam juris.

In quorum fidem dedimus praesentes litteras manu nostra subscriptas atque sigillo officii nostri munitas.

Datum Romae ex Aedibus nostris Generalitiis, die 19/3/88.

Reg. N. 2/88.

Filipus Sainz de Baranda
Prep Gen

David [illegible], ocd
a secretis